

## AMPHITRIO

6

**MER** Nescio quicum familiaris sis: nisi actutum hinc abis  
**F**amiliaris accipere saxo haud familiariter  
**SO** huc inquam hinc ego atque horum seruos sum **ME** At scin quo modo?  
**F**aciam ego te superbum hodie nisi hinc abis **SO** quonam modo?  
**MER** Efferece non abibis si ego fultem sumptero  
**SO** Quin me esse huius familiae familiarem predico  
**MER** Vide sis quam mox vapulare vis: nisi actutum hinc abis  
**SO** Tunc domo prohibere peger me aduenientem postas?  
**H**eccine tua domus est? **MER** ita inquam **SO** quis herus est ergo tibi?  
**MER** Amphitrio qui nunc praefectus est thebanis legionibus  
**Q**ui cum nupta est alcmena quid ais? quod nomen tibi est?  
**SO** Sotiam uocant thebani dauo prognatum patre  
**MER** Ne tu istis hodie malo tuo compositis mendacis aduenisti  
**A**udacis columen consultis dolis **SO** imo est tunicis consultis  
**H**uc aduenio non dolis **ME** At mentaris est certo pedibus  
**N**on tunicis uenis **SO** ita profecto **ME** nunc profecto uapula obmendatu  
**SO** Non edepol uolo profecto **ME** At pol profecto ingratis hoc quidem  
**P**rofecto non est arbitrarium **SO** tuam fidem obsecro  
**MER** Tunc te audes sotiam dicere esse qui ego sum? **SO** perij  
**MER** Parum etiam praeter ut futurum est predicas quid cuius non es?  
**SO** Tuus nam pugnis usum fecisti tuum Profidi thebani ciues  
**MER** Etiam clamas carnifex eloquere quid uenisti? **SO** ut essem  
**Q**uem tu pugnis cederet **ME** quomodo es? **SO** Amphitricionis inquam sotia  
**MER** Ego istoc magis quia uaniloquus uapulabis ego sum non tu sotia  
**SO** Ita diis faciant ut tu potius sis atque ego te ut uerberem  
**MER** Ita etiam mutis? **SO** iam tacebo **MER** quod tibi herus est?  
**SO** Quem tu uoles? **MER** quid igitur? qui nunc uocare? **SO** nemo  
**N**isi quem tu iusseris **ME** Amphitricionis te esse aiebas sotiam  
**SO** Peccaueram: nam amphitricionis socium certe me esse uolui dicere  
**MER** Sciebam eadem nullum esse nobis nisi me seruum sotiam  
**F**ugit te ratio **SO** ueniam istuc pugni fecissent tui  
**MER** Ego sum sotia ille quem tu dudum esse aiebas mihi  
**SO** Obsecro ut per pacem liceat te alloqui ut ne uapulem  
**MER** Immo inducitur parumper fiant si quid uis loqui **SO** non loquar  
**N**isi pace facta quando pugnis plus uales **ME** Dicito si quis non tacebo  
**SO** Tu uel fidei credo **MER** meae **SO** quid si falleris? **MER** tum